

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Certamen Oratorivm De Militari Gloria Inter septem Milites Hispanvm, Germanvm, Francvm, Italvm, Polonvm, Belgam, Hungarvm

Vernulaeus, Nicolaus

Coloniae, 1623

VII. An Urbium oppugnatio facile suscipi debeat?

[urn:nbn:de:bsz:31-107383](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107383)

VI.

Quinam potissimum in pugnis committendis laudandi?

Henricus IV. Francia Rex eos vehementer laudabat, qui ferendi prudenter captant occasionem, & dextro Marte cadunt. Illos vero, qui exploratū hostium viribus, si pauld debiliores sint, pugnare non audent, Sapientes Ignavos appellabat: Alios, qui nullo consilio in conferrissimos hostes irruunt, cū repugnare non possint, fortes stultos esse dicebat.

VII.

An Urbium oppugnatione facile suscipi debeat?

Scipio Romanus aut tentare urbem non portare, dicebat, aut sic tentare, ut omnibus viribus, quod instituisti, coneris perficere. Nam bis ad eundē lapidē offendere simul periculosum est, & contemptui obnoxium. Onosander autem duo in urbium oppugnatione requirit, Ducis virtutem & prudentiam cum machinarum apparatus. Deinde, ut non minus occultent sua consilia obsidentes, quam qui obsidione urgentur. Volebat

lebat Appius Claudius obsidio^{re}sem non tra-
hendam, sed premendam esse. Quippe per in-
termisiones & interualla lentiores spes no-
stras facimus. Et, vt alius dicebat, Multa
bella impetu valida per tœdia ac moras eua-
nuere.

VIII.

An Belli Dux temporum habere
rationem debeat?

Pyrhus cum positis circa Naupliam ca-
stris Regem Antigonum in campum pu-
gnamq; prouocaret, respondit Antigo-
nus suam militiam non magis armorum,
quam temporum esse, Pyrrho, si sua vite ta-
edium illum caperet, satis multas ad interi-
tum vias patere.

IX.

Quomodo animandi Milites vbi
prædæ nulla spes est?

Albertus Austriacus, Belgarum Prin-
ceps, in difficili illa longaq; Ostenda
obsidione, Castra sua in quatuor di-
uersa^{um} Natione^{um} acies partitus est, & qua
prima omnium irruptionem in oppidum fa-
ceret,